



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

ab altero latrone blasphemæus est, & ab altero confessus. Articul. LVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

IN PASSIONEM DOMINI.

317

rum in Palestina, & ad modum chirotecum, vel birretorum, vel cilicio-
rum opere textili & reticulato facta. Hanc fecit Maria mater eius in infan-
tia eius, quæ cum eo crevit: & desuper contexta per totum, id est, ab extra de pan-
no aliquo per totum aliquid fuit appositum, ad eam magis fortificandam,
& conseruandam. Dicit hoc loco D. Ioan. Chrys. Euangelista occulte vestis
vilitatem insinuat. In Palestina enim erat quoddam genus vestium propter
pauperes, ex multis pannis contextum, quasi unus pannus super alium. Di-
xerunt ergo scilicet milites ad iniucem: Non scindamus eam, sed fortiamur de illa,
cum si, ut implere cur scriptura, & quod dictum est per Prophetam, dicentem: Divise-
tur vestimenta mea sibi, & super vestem meam misericordia sorte. Et milites quidem
desiderant: Et sedentes seruabant eum. Documentum habemus hic ut serue-
mus concordiam, unitatem, & id ipsum velimus omnes, & non sint in no-
bi scismata. Nam tunica Domini inconsutile est unitatem Ecclesie seu cuius-
cunque sanctæ congregationis significat. Ille ergo tunicam Domini scindit,
quæ dissensiones facit, discordias seminat.

1. Cor. 11.
Tunica Christi inconsutile quid mystice signet.

IESVS A PRÆTEREVNTIBVS ET

Scribis est illius. Articulus LVI.

Praterentes autem, blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, Matth. 17.
qui defruis templum Dei, & in triduo illud rediccas. Saluum fac te ipsum. Si Fi- Marc. 15.
lis Dei descendit nunc de cruce. Similiter & Principes sacerdotum deridebant Luc. 22.
Ils, illudentes ad alterum cum Scribi & Senioribus, & dicebant: Alios saluos Loan. 19.
fac, seipsum non potest saluum facere? Sirex Israel est, descendat nunc de cruce ut vi- Hieron.
deamus, & credamus ei. Se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Confidit in Matth. 9.
Deo libertas, et nunc sicut: Dixit enim quis Filius Dei sum. Illudebant autem ei & Marc. 5.
milites, & dicentes: Si tu es rex Iudaorum, saluum te fac. Fraudulenter, ut dicit
Hieronymus, erant Iudaorum prædictæ promissiones, dicentium: descendat
dat de cruce, &c. Maiora enim miracula fecerat: quia plus est mortuos de se- Luc. 22.
pulcro resurgere, quam vivum de cruce descendere. Christus autem mor- Luca 7.
tuos plures suscitavit, & ipsem et sepulchro tertia die resurrexit, nec ad
huc crediderunt ei. Potestis hic cogitare, quam iniuriosum sit vel cui liber
morituro, vel ad mortem damnato illudere: quanto magis innocentem, & Matth. vel
quani maxime Christo Filio Dei. Cogitate quam dolorosum & vulnerati- iofirmo non
vum sit infirmo vel patienti, sibi in doloribus non credi, vel non compati credete, sed
hoc enim quandoq; doloribus corporalibus plus affligit) quanto magis, h luciari quam
in doloribus etiam se consideret delipisci, vel iniuriari vel derideri? Maximè sit grauius,
verò si ab his fit, quorum causa, vel pro quibus calamitatem vel dolorem si- mun.

lunes. Ad propositum: Christus Filius Dei innocens in se, ab his subsannabatur, blasphemabatur, &c. quibus corpus & anima dederat, & quos seruabant,

Ioan. 18. Luke 22.
palebar, eorumque infirmos curauit, prædicauit, docuit, pro peccatis eorum, &
pro salute eorum patiebatur, pro errore ipsorum & cæcitatem Parrem paulo
interrogauerat, & adhuc illudunt & subsannant, persequentes eum lingua &

A cruce penitentia bonitatis, & manibus. Monemur hic propter obtrectantium, vel deridentium linguas, à
norumq; oportem proprieum, propter pœnitentia non recedere, & ab omni opere bono incepto non desistere, sicut Christus non descendit, sed ad mortem usque in cruce perseverauit, ter aliorum
descendens.

IESVS AB ALTERO LATRONE BLASPHEMATA
impost, & ab altero confessus. Articulus LVII.

QQ. 4

1D.

Marc. 5.
Matth. 7.
Luc. 4.

Improperis
latronis quā
fuerit Chri-
stus gaua.

Verbum.
Caritatis cu-
es quanta
fuerit benig-
nitatis.
Desperanda-
vni non sit de-
vilo peccato-
rum tuorum Dei
nra quia in a-
nimis pateti
ferendum.

Ioan. 19.

Compassio-
nis doloro-
fili & bea-
tissime Mariz
erga crucifi-
xum filium
causa qua.
Compassio-
nis Christi
erga matrem
causa qua.

Mulierem
cur Christus
vocavit ma-
trem.
Verbum Chri-
sti in cruce
quanta dul-
cedinis & co-
ficationis.

Id ipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant, & conuic-
tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos, &c. Dum enim Scribae & alii, ne
præcedenti articulo commemorauiimus, Domino illos sicut blasphemantes, blasphemauit etiam sinistri, qui cum eo perdebat, latro, dicens ad Iesum:
Si tu es Christus saluum fac te ipsum & nos. Hoc improperium grauius fuit
præcedentibus, qui à vilissima, scelerata & damnata persona, videlicet latrone, mox pro suis sceleribus morituro. Respondens autem alter latro impri-
uit eum dicens: Ne que tutimes Deum, eo quod in eadem damnatione sis. Et nos quā
iustè Nā digna facti recepimus. Hic verò nūl malū gesit. Et conuersus ad dicens: Unum
dilectionem mei Domine, dum venerū in regnum tuum. Et dixit illi Iesu. Hic secundum
verbum protulit Dominus in cruce. Amen dico tibi: hodie mecum eris in Par-
adiso. O quanta liberalitas, quanta benignitas, Domini Iesu ad unum verbum
tanto latroni pepercit, & plus quam petiuit, donauit. Instruimur hic bonam
confidentiam habere in Deum, & in nullo peccato de eius misericordia deli-
perare, si modo peccasse dolemus & peccata, peccatorumq; occasions vitam
proponimus. Item instruimur hic, iniuriam Dei & contemptum nunquam
iustinere, sed quo ad possumus reniti, exemplo dextri latronis, qui aduersus
finistrum blasphemantem se opposuit.

I E S V S M A T R E M D I S C I P V L O
suo commendauit. Artic. LVIII.

Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror maris eius Maria Cleopha,
& Maria Magdalena, &c. Cum Iesus pendens in cruce vidisset matrem
suam stantem sub cruce, matrem singularem, & præ ceteris matribus
etiam naturaliter plus filium diligenter, eo quod ei, quicquid de natura
nostra habuit, ipsa sola sine viro eidem donauit: Sed & spiritualiter magis
amantem, quia mater Dei, & charitate plenissima fuit. Cum ergo hanc vi-
disset Iesus, commota sunt omnia viscera eius super matrem dilectissima, fideli-
ssima, & compatiensissima, cuius animam & maternum cor gladius com-
passionis tranfuerberauit. Compaticebatur enim compatiens fibi. Sciebas
namque ipse angustias materni cordis. Nouerat etiam dolorem omnem
eius, & quod dolores, quos in sua parturitione non senserat, nunc gemini-
bantur in eius passione. Vnde & ipse geminum passus est dolorem: Iucum vi-
delicit & maternum, id est, crucis & matris. Dixit ergo, cum eam vidisset,
& discipulum quem dilgebat, matre innuens cum capite de discipulo. Matri
ecce Filius tuus. Non dixit mater, ne si blandus loqueretur, cor eius pra-
moris & doloris vehementer scinderetur. Deinde dicit discipulo. Ecce ma-
ter tua. Et in hoc verbo consolationem habemus non modicam, quia non lo-
lum Joanni, sed & cuiilibet nostrum in persona Ioannis dictum est de Ma-
ria: Ecce mater tua, S. Maria deprehensa es, non potes te negare matrem.
Habebis nos, proteges nos, iuuabis nos, & merito tuo saluabis nos. Et ex illa
hora accepit eam discipulus in sua. O fratres, clamemus ad eam quotidie. Mon-
strate esse matrem. Sed proh dolor, ipsa reclamare potest. Monstrate esse fe-
lium. Ipsa quidem se monstrat semper esse matrem, sed nos operibus no-
stris abnegamus eius nos esse filios.

IESPS